

J. Wang, version latine pré-agrégatifs, 2019-2020

À rendre pour le mercredi 4 mars 2020

Version latine n°3 : grandeur et décadence des beaux-arts

Tout au chagrin que lui causent les infidélités de son amant, le narrateur Encolpe erre dans une pinacothèque. Pendant qu'il admire des tableaux des grands maîtres de la peinture grecque, il rencontre Eumolpe, un vieux poète, et engage la conversation. Longueur LC : intégralité. Longueur LM : 2 paragraphes jusqu'aux crochets droits.

Hinc aquila ferebat caelo sublimis Idaeum, illinc candidus Hylas repellebat improbam Naida. Damnabat Apollo noxias manus Iyramque resolutam modo nato flore honorabat. Inter quos etiam pictorum amantium uultus tanquam in solitudine exclamaui : « Ergo amor etiam deos tangit. Iuppiter in caelo suo non inuenit quod diligeret, sed peccaturus in terris nemini tamen iniuriam fecit. Hylan Nympha praedata temperasset amori suo, si uenturum ad interdictum Herculem credidisset. Apollo pueri umbram reuocauit in florem, et omnes fabulae quoque sine aemulo habuerunt complexus. At ego in societatem recepi hospitem Lycurgo crudeliorem. » Ecce autem, ego dum cum uentis litigo, intrauit pinacothecam senex canus, exercitati uultus et qui uideretur nescio quid magnum promittere, sed cultu non proinde speciosus, ut facile appareret eum ex hac nota litteratorum esse, quos odisse diuites solent.

[...] Coepi causam desidia praesentis excutere, cum pulcherrimae artes perissent, inter quas pictura ne minimum sui uestigium reliquisset. Tum ille : « Pecuniae, inquit, cupiditas haec tropica instituit. Priscis enim temporibus, cum adhuc nuda uirtus placeret, uigebant artes ingenuae summumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum saeculis diu lateret. [...] At nos uino scortisque demersi ne paratas quidem artes audemus cognoscere, sed accusatores antiquitatis uitia tantum docemus et discimus.

[[...] Quis unquam uenit in templum et uotum fecit, si ad eloquentiam peruenisset ? quis, si philosophiae fontem attigisset ? [...] Statim antequam limen Capitolii tangant, alius donum promittit, si propinquum diuitem extulerit, alius, si thesaurum effoderit, alius, si ad trecenties sestertium saluus peruenerit. [...] Noli ergo mirari, si pictura defecit, cum omnibus dis hominibusque formosior uideatur massa auri, quam quicquid Apelles Phidiasque, Graeculi delirantes, fecerunt. »]

Pétrone